



AD ILLUSTRIS-  
SIMUM ET REVEREN-  
DISSIMUM S. ANGELI CAR-  
dinalem, Pontificium in Piceno Legatum,  
Rainutium Farnesium, Pauli  
Manutii

PRAEFATIO.

**B**ene audire, qui est recte factorum fru-  
ctus, omnes fere volumus, amplissime  
ac praestantissime Rainuti: ipsum quidem  
recte facere, unde illud quasi ex fonte  
deducitur, paucorum hominum semper fuit. est  
enim tum perfecta natura, tum doctrina singu-  
laris: ut tamen natura sine doctrina facile possit  
ad laudem peruenire; doctrina sine natura lau-  
dabilis numquam, turpis etiam saepe sit. itaque vel  
in agris inculto homines ingenio virtutem ta-  
men coluere: doctrinis autem eruditi viri, quae  
ad bene agendum esse instrumenta debuerant, ijs  
ad perniciem suarum ciuitatum sunt abusi. quid

) ( ij